

21

27.5.1946

*Il procuratore generale della Società sacerdotale della Santa Croce, Alvaro del Portillo, chiede alla Sacra Penitenzieria Apostolica di concedere particolari indulgenze per tutte le ore che i membri dell'istituto dedicheranno allo studio.*

Sociedad Sacerdotal  
de la  
Santa Cruz

Beatissime Pater,

Infrascriptus Alvarus del Portillo, sacerdos ac Generalis Procurator *Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis*, ad S. V. pedes humiliter provolutus hanc, quae sequitur, filiali fiducia compulsus expostulat gratiam:

Cum ex huiusmodi nostri Instituti scopo — laborare sc. apud sic dictos intellectuales et excultos homines, qui natura sua partem directivam civilis societatis efformant, ut ad vitam christianam immo et ad evangelica consilia adimplenda revocentur — teneamur studiis impense ac strenue vacare; cumque, hunc in finem, supernaturalis orationis ac charitatis spiritu, studiis nostris operam dare conemur, Christi Domini Cucifixi imagine ut plurimum pae oculis habita, quaerendo eidem coniungi, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei, non tantum considerationis veritatis ope, verum etiam per fidem charitate informatam; cumque tandem sciamus quo fervore nostri aggrediantur opera sanctis indulgentiis ditata;

ut, ex una parte studium nos magis magisque Deo coniungat, atque ut ex altera et ipsum animarum nostrarum sanctificationi plus conferre valeat,

S. V. humiliter deprecor ut diversas horas, quibus huiusmodi studio vacamus, pluribus indulgentiis, prout S. V. bene visum fuerit, ditare dignetur (1).

Et Deus...

Alvarus del Portillo  
a secr., Proc. Generalis

Romae, die 27 maii, 1946.

Archivio della Sacra Penitenzieria Apostolica, posizione n° 7502/46.

---

(1) La richiesta di Alvaro del Portillo reca, sul secondo foglio, la commendatizia vergata a mano del neo-eletto arcivescovo di Valenza con queste parole: « Preces enixe commendamus, † Marcellinus Eppūs electus archiepiscopus Valentinus praesens in Curia ».